

perpendicularum inflexum quanto una parte obtusio- rem angulum facit, tanto altera parte facit acutio- rem, ita quod hic imminuitur $\acute{\epsilon}$ recto, illic augetur: Ergo affir- mationis principium illud Euclides assumere debuit: unde contraria negatio dedu- ceretur. Quia in re Ptolemæus hæcenus Euclide accuratior fuit, quod affirmatio- nis propositionem præponit, unde negationis propositio deducatur. Sed tamen in hoc non satis logicus, quod $\acute{\epsilon}$ causa quidem facit *ἀπίσπορον* propositionis: ex ef- fectu autem antecedens: Nam parallelæ sectæ, tales angulos faciunt: Illic igitur est causa, hîc effectus: deinde demonstratio Ptolemæi, et si vera, causam tamen nul- lam ostendit, sed tantum per impossibile, id est (ut Proclus ait) per accidens de- monstrat. Itaque si Ptolemæus causam $\acute{\epsilon}$ rectis perpendicularorum angulis spectaf- set, principium fecisset, neque demonstrationem quæ sisset ejusmodi. Proclus de- nique ipse per Aristotelis propositionem paulo succinctius concludit, quàm Pro- lemæus: Sed tamen ne illa ipsa Aristotelis propositio causa est quæstionis, sed con- sectarium ex eodem principio. Quare principii delectu iudicioque constituto to- ta ista controversia tolletur.

30 Theon sumptis utrinque ad mediam parallelis demonstrat per secundam legem parallelarum, & primum axioma. Proclus etiam brevius. Nam si extrema ad mediam parallelæ inter se parallelæ non essent, concurrerent cum media, neque essent ad mediam parallelæ, imò verò melius etiam per secundum axioma demon- stratur distantia æqualis additione. Sed hoc theorema tam principium videtur ef- se quam illud (Quæ eidem æqualia) nam *ἴση ἀπόστασις* est æqualitas distantia, & perinde est dicere (Quæ ab eodem æqualiter distant, inter se æqualiter distant) Quare Zenoni isto loco adversus Euclidem legitima querimonia fuisset $\acute{\epsilon}$ princi- piis indemonstrabilibus propositiones demonstrabiles efficientem. Hæc igitur propositio nobis propositio non erit, sed principium, neque principium rectarum, sed quarumcunque linearum parallelarum.

31 *Fieri verò potest parallela $\acute{\epsilon}$ peripheriis duabus invariato circino.* quod secuti sumus.

32 Hæc propositio generalis est ad 16 & 17 p 1. & ea præposita, ut debuit & potuit, vel ad Euclidis demonstrationem, superiores illæ duæ tatum specialia con- sectaria hujus essent, & quidem duæ separatim esse debuerunt. Laudat hic etiam Proclus Euclidem, nec excusat tamen quod illa specialia præposuerit. Ecquid igitur Euclides accusabitur & vituperabitur quod in finitibus aliis locis generalia specialibus præposuerit? aut quænam logica tam contraria sibi fuerit, ut perspicuitatis & evi- dentioris doctrinæ causa generalia & præponi, & postponi jubeat? An tautologia & sophistica esse & apodictica poterit? Quare neque Euclidem neque Proclum in vitiis laudemus, dignitatem & præstatiam Geometriæ tueamur, quæ tum sine du- bio verissima fuerit, cum generalia, quæ natura priora sunt, præposuerit. Euclides demonstrat primam partem propositionis hujus per 1 & 2 legem parallelarum, quæ absque triangulo demonstrari possunt, & ideo sine 16 p 1. Secundam demon- strat $\acute{\epsilon}$ prima parte & $\acute{\epsilon}$ 23 p 1. Sic Aristoteles in philosophia 9 lib. quærit cur duo recti in triangulo? Et respondet quia circa punctum anguli æquales duobus rectis:

Quod